Ad extremum Actor nullum male obtentum inveniri posse deducit. Siquidem nullus processus in contumaciam intercessit. Reservatis reservandis.

Tandem Judicium Locis Capitaneale Castren Lublinen. rursus controversijs suprascriptarum partium, bene diligenterque exauditis et intellectis, Actorem ad deductionem Scrutinij admisit, prius tamen praestito iuramento corporali, iuxta formam iuris, de non corruptione et non conductione testium.

A quo decreto citatus, motionem pro Judicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni Lublinen. proxime celebrandis per Admodum suprascriptum interponebat. Petens eidem motioni defferri in tam manifesta causa et incompetentia, quae non citato vero cuipiam alio, qui praemissa fecerit, instituenda erat. Tum quod quietatio effosa, libere recognita per Actorem intercessit.

Quam motionem Judicium praesens citato non admisit. De qua non admissa motione ac illius prosequutione, gravamine, damnis, atque praecipitanter iudicato, memoratus plenipotens suprascripti Illustris et Magnifici citati coram Tribunatum Magnificum loci istius Capitaneum, solenniter coram Judicio praesenti est protestatus. Judicium quoque suprascripto Admodum reprotestatum est: Quia iuri communi in favorem appellationem in praesenti termino deductionis scrutinij, qui moram non patitur, non admisit.

Quoniam vero Actor iuramentum corporale, de non corruptione et non conductione testium, iuxta praeceptum Constitutionis in facie Judicij praestitit, Ideo Judicium ad examinationem testium processit, et testimonia eorum in occluso rotulo parti actoreae se extraditurum obtulit.

Postquam quidem deductionem per Actorem Scrutinij, idem plenipotens, suprascripti Illustris et Magnifici citati, de nullitate totius actibus protestatus est.

Inter Olszamowskie et Miękiskie Scrutinium.

Proposuerunt Judicialiter coram praesenti Capitaneali Castren Lublinen Judicio, Nobiles Lucas et Gasparus Olszamowscy Actores, contra Generosos

Hieronymum

Hieronymum, Andream, Christophorum et Nicolaum Mielicskie, cittos ex
cittone infrascripta, cuius tenor sequitur talis:
Joannes Firley de Dambrowica Lublinen capitaneus. Vobis Gnosis
Hieronymo, Andreæ Christophero, et Nicolao Mielicskim fratribus ger:
manis de bonis vris oibg, mandamus vigore Regio et nra capitaneali authe
qua in hac parte fungimur, ut coram nobis seu Judicio nro Castren capitaneali
Lublinen in Terris nris Judicialibg, in Castro Lublinen feria secunda
post festum Sancti Mathæi Apostoli et Evangelistæ proxie ventura
cellebrang, personalr ac peremptè compatis. Ad instam Nobilium
Lucæ et Gasparis Olszamowskich. Qui rescien de quadam prottone
con se in Officio Castren Capli Lublinen, per vos rone homicidij olim
Gnosi Stanislai Mielicsky fris vestri facta et Actis connotata, cuius
necis ipsi innocens sunt, vos citant, ad expedien per se, et per vos
attentang Scrutiniu, quod ipsi inhæren Constitonibg Regni con vos
p depositiones et testimonia hoium fide dignoru, quibus innocentia eo:
rum hac in parte patet, declaran innocentiam suam deducere intendunt
sitis igr termum Judicialr attenti. Datum in Castro Lublinen feria
secunda post festu Sancti Bartholomæi Apostoli proxa. Anno Dni
Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.
Et post propositiom suam, modo pmisso facta, iidem Actor deducto cittis
tenore et contentis oibg cittonis, petierunt eosg ad Judicialem missionem De:
creto Judicii pntis compelli, ac se testesq suos ad deducendu, cittosq ad
attentang scrutiniu admitti, Reservatis sibi de iure ad futura reservang
Et Nobilis Georgius Księsky famulus Gnosorum Mielicskich,
audita acclamatione Dnorum suoru ex instantia Olszamowskich ad
Judiciu pntis, ad attentandu quamg deductiom scrutinij, con pdictos Do:
minos suos, allegavit Dnos suos non esse cittos; Sed quoniam Actores
reproducunt relationem Ministerialis hic iam coram Judicio pnti, de posita quasi
ipsa cittone factam: prottis est noie eorumg principaliu suoru de eag
falsa relatione, con præceptum legum divinaru et humanaru, maxe vero
con iuramentum suum super verum et fidelem Officij peractiom præstitum
factu: Offeren eosg Dnos suos cum ipso iure acturos velle. Porro quod
attinet ipsam deductiom, allegavit et deduxit Judicio, non posse cittos hu:
iusmo Scrutiniu deducere: nec Dnos et principales suos illud attentare

tenerí

teneri ex his rationibus: Prima, quod beneficium deducendi scrutinij acto:
res amiserunt, siquidem post factam protestationem et obductionem criminis
praetermiserunt illud expedire in sequentibus tunc et proximis Terminis Ca:
strensibus vel Terminibus iuxta praescriptum Constitutionis Millesimi Quingen:
tesimi Septuagesimi Octavi de deducendis scrutinijs sancitae, nec non
alterius similis Constitutionis Millesimi Quingentesimi Octuage:
simi Octavi Vicinis coram Judicio reproductam et lectam. Probatur
vero praetermisisse Terminos primos Castrenses autentico Actu Judiciali in
eisdem Terminis praetactis peracto et absoluto. Altera vero quod existentes
pro Terminis Judicibus Castrensibus Lublinensibus praeteritis ex parte actorum cau
ad attentandum scrutinium per actores causae inductum, citati: pro termino
non comparuerunt, imo se in lucro Scrutinij condemnare permiserunt,
iuxta vero praescriptum Constitutionis Coronae Millesimi Quingentesimi
Octuagesimi Octavi in eodem termino scrutinium pro parte sua deducere
debuerant et tenebantur; Sed quia omiserunt et in contumaciam in lu:
cro se condemnari permiserunt: ob quam condemnationem lucri bene:
ficium deducendi sui scrutinij amiserunt: ideo amplius ad illud be:
neficium amissum recurrere nequeunt; Maxime vero quod proba:
tur relatione Ministerialis positam esse super illos citationem eandem, cui non
contradicunt, nec se ad evasionem, se de illa nescivisse, trahunt. Quare
petijt praedictus plenipotens actores praedictos a peragendo scrutinio, sententia sua
interlocutoria abiudicari, et Judicium ab eo attentando et audiendo
supersedi. Reservatis alijs omnibus remedijs iuris in toto.

Licet autem pars actorum hoc in loco controversias suas fecerit, tamen eas
intra triduum ut iuris est ad acta eiusdem non porrexit. De cuius negligentia
sua autem in suscipiendis controversijs diligentia, Generosus Albertus Siera:
kowsky Notarius Castrensis Lublinensis est protestatus.

Et Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense controversijs partium,
Actorum personaliter, citatae vero per Nobilem Stanislaum Krzesky, plenipotentem
suum, coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis, Actores ad dedu:
ctionem Scrutinij admisit, prius tamen praestito iuramento corporali, iuxta formam
iuris, de non corruptione et non conductione testium.

A quo decreto citati, motionem pro Judicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis
Regni Lublinensis proxime celebrandis per Ministerialem Generalem Regni Nobi:
lem Joannem Zalesky interponebant. Quam admissibilem esse declarabat,

uti

uti ab exceptione cau[s]a, et negocium totum perimente: et quod quæstio de interpretatione Constitutionum intercedat, quod meretur decisionem superioris Judicis, petiitque eam admitti.

Quam motionem Judicium praesentis cittis non admisit. Suprascriptus vero plenipotens et famulus cittorum, tam contra Judicium præsens de praefata motione et grauamine, ac damnis solenniter protestatus est nomine principalium suorum. Judicium quoque suprascripto Admi ali reprotestatum est. Quia fretum iure et praxi communi appellationem non admisit.

Quoniam vero Actores iuramentum corporale de non corruptione et non conductione testium, iuxta iuris præscriptum in facie Judicij praestiterunt, Ideo Judicium praesentis ad examinationem testium accessit, et testimonia eorum in occluso rotulo parti actoreae se extraditurum obtulit.

Et hic iterum praenominatus plenipotens cittorum similiter et contra praedictos Olsamowskie de nullitate scrutinij, tam ex praemissis rationibus, quam ex eo: Quod non positis nec extraditis cittoribus eorum se et testes, imo nonnullos testes suspectos et sortis infimae conditionisque vilis inducunt; iterum atque iterum nomine quo supra protestatus est.

Et hic in continenti coram eodem Judicio personaliter stans, Ministerialis Generalis Regni Prouidus Albertus May de Lublin, Judicio praesenti bene notus, palam recognovit. Quia cittationem suprascriptam feria quinta ipso die festo Sanctæ Crucis in Swidnica Curiaque ibidem sitta posuit, et familiæ notificauit.

Inter Sosńkowsky et Dzierzek Subiudicem Lublinensem Appellatio.

Proposuerunt Judicialiter, coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi Judicio, Instigator Officij Castrensis Lublinensis, et Nobilis Gasparus Sosńikowsky, Actorea pars, contra Generosum Joannem Dzierzek Subiudicem Lublinensem, cittum; Cittatione huiusmodi: Joannes Firley de Dambrowica Lublinensis et Capitaneus. Tibi Generoso Joanni Dzierzek Subiudici Lublinensi, de bonis tuis generaliter omnibus, mandamus Authoritate Regio et nostro Capitanealis ex officio, ut coram nobis seu Judicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in Terminis Judicialibus feria secunda post festum Sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis, vel

ius